# Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 304 [Verbleib unbekannt]

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 222.



## Cod: CCCIV.

Chartac: Fol: Saec: 15º 16. — 2 / 5. ii.

*Marginal:* Lamberti de Monte Dñi quaestio de Salvatione Aristotelis.

Lamberti de Monte Domini quaestio de Salvatione Aristotelis. Titulus operis est: "Questio magistralis a venerando magistro Lamberto de Monte arcium ac sacre theologie professore eximio vigilantissime congesta. Ostendens per auctoritates scripture divine quid juxta saniorem doctorum sentenciam probabilius dici possit de Salvacione Arestotelis Stragenite nati Nicomaci Grecorum omnium sapientissimi.

"Livida ne timeas rabidi canis ora libelle
Ibis in adversos: qui tueatur habes."

Hæc excipit Epigramma in Lambertum, quod, ut prorsus Hartzhemio in Bibl: Colon: incognitum, addere liceat.

In eximium excellentemque Arcium et sacre Sophie professorem Dominum Lambertum de Monte

Epigramma.

Te decet eterne vir solertissime fame
Munus: et in nullo laus obitura die.
Te Lamberte senes clari. juvenesque loquentur
Et Mons a cujus nomine nomen habes.
Aurea te celebrat scripture pagina sancte
Te memorant turbe quelibet ora bone
Nunc iterum sensit tua pabula leta juventus
Pabula delicias inter habenda sacras.
Perque Nicomaci latebrosa volumina nati
Scire licet. toto credite vela freto.
Credite vela freto. tutum mare reddidit. ante
Quod nisi cum scopulis ventis et unda fuit.
Commento juvit anime phisiceque salebras
Non intellecti quo caruere libri.

# Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 304 [Verbleib unbekannt]

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler], Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. II (Cod. 201-316) (handschriftlich) [um 1800], 223.



Pro meritis versus licet et referantur honores
In laudes hujus nil satis esse potest."

Opus ipsum praecedit brevis anonymi prologus in
hunc modum: " Quaestio incidentaliter mota
" diffusa tamen ac amplissima per venerabilem
" Magistrum nostrum Lambertum de Monte Sacra-
" tissime Theologie professorem eximium in sua
" lectione ordinaria prosequuta — — — Tum
" ob singularem amorem erga philosophorum prin-
" cipem Aresto. cujus doctrinam juxta fidelissi-
" mam interpretacionem sancti et angelici doc-
" toris Thome aquinatis Colonie in Gymnico mon-
" te quadraginta circiter annos propagavit
" ac per lucidissimas similitudines edisseruit,
" uti sua post se relicta testantur preclara ope-
" ra. Tum eciam propter nonnullos pertinaci-
" ter dicentes Arestotelem — — — fuisse in
" statu eterne damnacionis! &c.

Quae in fine quaestionis adduntur: Cum jux-
ta Commentatoris &c. exhibet quoque Hartz-
heim in Bibl: Colon: p. 215. Caeterum Lam-
bertus de monte Domini i: von Herrenberg,
fuit Canonicus ad S. Andreae Coloniae, Deca-
nus ibidem facultatis artium, ac Rector Uni-
versitatis. Abiit ao 1499.

# Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 304 [Verbleib unbekannt]

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27655